

ralitatem secundum magis & minus, hos gradus autem
 te non diversas species non efficere: sed existimaverim
 tantu^m ego, magnificantiam omnino esse specie distinctam
 gradu, virtutem a liberalitate. Id quidem certum, habe-
 sed spe- re has duas virtutes tam magnam inter se affinita-
 cie. tem, ut primo intuitu non videantur nisi gradibus
 differre; verum ex sequenti argumento, ut opinor,
 contrarium apparebit. Quæ enim differunt I. ob-
 jecto formalis, II. extremis, & III. fine, illa magis
 quam gradu differunt. Sed magnificantia differt
 a liberalitate dicto modo. Ergo &c. Singula
 membra hic sunt probanda. Ac de primo quidem,
 nempe *objecto formalis* res confecta est, cum libe-
 ralitas in mediocribus & privatis divitiis, quibus
 persona privata par est; magnificantia vero in di-
 vitiis majoribus & publicis, quæ requirunt perso-
 nam publicam, versetur. Publica autem & pri-
 vata differunt specie, si non physice & in sua na-
 tura, tamen ethice & moraliter, dum Ethici in his
 objectis non tam attendunt magnum & parvum,
 (quod materiale tantum hic est) sed publicum &
 privatum, quod morali respectu rō formale con-
 stituit. In moralibus quippe, quod bene no-
 tandum, munus quo quisque fungitur, formæ &
 differentiæ specificæ locum obtinet, secundum
 quod ratio habetur personæ. Etsi igitur hæ duæ
 virtutes in generali objecto, quod sunt τὰ χρήματα,
 conveniunt, differunt tamen objecto speciali,
 quod ratione magnificantiæ sunt sumptus magni,
 &